necessaria ciuib(us) inportant. ut urbs d(icitu)r ab orbe .i. rotunditate. q(uia) rotunde urbes anti
quit(us) fuer(un)t. Roma p(ro)p(r)iu(m) nom(en) e(st) ciuitatis (et) d(icitu)r a nomine sui editoris. A mulius numi
tor (et) fr(atr)es fuer(un)t. s(ed) amulius cupiditate regni ductus. fr(atre)m suu(m) numitore(m) de regno
pepulit. filiamq(ue) eius ilia(m) t(el) rea(m) in templo dee ueste effeciauit. Qua(m) sec(un)d(u)m fabula(m) mars. s(ed) re
uera quida(m) adulter oppressit. unde geminos peperit filios. romulu(m) (et) remu(m). q(uo)s
accipiens amulius eoru(m) p(ro)auunculus. timens ne ab eis pelleret (de) regno. p(rae)cepit int(er)fici. s(ed) eu
tradit(us) s(er)ui miseratus eo(rum). exposuit in silua(m) (et) dimisit eos. Quos sec(un)d(u)m fabula(m) inueniens
lupa nutriuit cu(m) catulis suis. Reuera aut(em) quida(m) pastor nomine faustus repe
riens eos uagientes. uxori sue detulit. que erat meretrix. Meretrices et lupe uo
cant(ur). quia amatores suos deuorant. Unde (et) a lupa d(icu)n(tu)r e(ss)e nutriti. Cu(m) q(ue) creuissent.
p(ro)auunculu(m) regno eiecer(un)t. (et) auu(m) restituer(un)t. Deinde roma(m) edificantes. ceper(unt) (inter) se
c(on)tendere. ex cuius nomine uocanda e(ss)et ciuitas. Unde romulus ascendit in monte(m) palatinum.
ut ibi caperet augurium. Vidit .vi. uultures. rem(us) u(er)o in monte(m) auentinu(m) uidit .xii. Ob
hanc causa(m) ab exercitu romuli int(er)fect(us) e(st) rem(us). Postea u(er)o uocata e(st) roma a romulo suo
editore. Sub dialogo fecit donat(us) hunc libellu(m). introducens p(er)sona(m) discipuli in
terrogantis. (et) magistri respondentis. Dy grece. u(er)o logos sermo. Inde dyalogus. s(er)
mo qui scribit(ur) int(er) duos.

[P]artes orationis quot s(un)t. Octo. Que. Nom(en). p(ro)nom(en). uerbu(m). aduerbiu(m). parti
cipiu(m). c(on)iunctio. p(rae)positio. interiectio. Partes d(icu)n(tu)r a partiendo. id (est) diuiden
do. q(uia) latinitate(m) partiunt(ur). Sicut et una man(us) diuidit(ur) in .v. digitos. sic (et)
gramatica du(m) una e(st) ars t(el) disciplina. in .viii. partes. Ut partes d(icu)n(tu)r a paritate
id (est) equalitate. eo q(uod) pares s(unt) numero. Octonarius et equalis e(st) numerus. Equalis
aut(em) ut par numer(us) d(icitu)r. q(ui) in .ii. equalia pote(st) diuidi. sic(ut) .viii. octo in .iiii. (et) .iiii. Donatus
partes posuit p(ro) speciebus. Na(m) partes in corporib(us). species u(er)o in reb(us) dicim(us). Partio
partis. actiuu(m) e(st) (et) neutru(m). partior partiris. passiuu(m) (et) deponens. s(ed) unu(m) sensu(m) h(abe)nt.
[O]rationis [i]d (est) locutionis. Orare et dicim(us) loq(ui). Inde orator d(icitu)r facet(us). facundus elo
quens. q(ui) bene pote(st) loqui. hinc oratio locutio d(icitu)r. Oratio d(icitu)r quasi oris ratio.
Est (er)go oratio c(on)textus uerbo(rum) cu(m) sensu. Si et oratio e(st) sine sensu. c(on)text(us) uerbo(rum) n(on) erit.
Plena et oratio e(st) sensu. uoce (et) littera. licet (er)go definire. Oratio e(st) integra uerbo(rum)
structura. pleno sensu solidata. Siue orationis dixit. id (est) latinitatis. latinitas
aut(em) oratio dicta e(st) p(ro)pt(er) suaue(m) orato(rum) lepore(m). D(icitu)r u(er)o latinitas ut a latino
eius inuentore. qui ducento(rum) fert(ur) e(ss)e anno(rum). ut q(uia) melius e(st) a latitudine.

Partes

Differunt partes (et) species.

Orationis

Diffinitio Orationis.

UNIKASSEL BIBLIOTHEK
https://orka.bibliothek.uni-kassel.de/viewer/image/1333025928271/6/